

pag. 3. nota (b) Franciscum Hottoman-
num ex antiqua & nobili familia Otmanno-
rum apud Silesios Germ. ortum suum tra-
xisse indicat ejus Epitaphium a M. Joh. Grof-
sio in monumentis Basil. a se collectis, sed a
Joh. Tonjola ordinatis & 1661. editis p. 40.
quod neque Freherus in Theatro virorum
erudit. neque ullus alius scriptor de claris
Silesiis, observavit. Confer *Tobia Magiri*
eponymologium Criticum a Christiano Wil-
belmo Eybenio auctum p. 463. Alia Epita-
phia de eo *Petrus Lindenbergius* ex Bibl.
Ranzoviana in Commentario rerum memo-
rabilium in Europa ab A. 80. 90. gestarum
ponit p. 175. & 176. confer Ep. 60. ubi tym-
panitide extinctum esse videbis.

pag. 4. nota. (e) Cum tabula Genealogi-
ca MSta familiae *Wirfungiae* mihi sit com-
municata, inveni, *Philippum Wirfungum* M.
D. jam A. 1555. d. 17. Junii, allegante *Cru-*
sio, *Catharinam Pflaumiam* sibi despondisse,
ejus vero Parentem *Marcum Wirfungum*
fuisse. Videtur ergo potius is, quem literae
Grynæi memorant, *David Wirfungus*, M.
D. qui A. 1583. *Catharinam Orteliam* duxit,
cujus Parens *Hieronimus Wirfungus*,
frater